

Ex diuersis

Dunera OXXXIX

Refert beatus Bernardus in libro de fide ratione ad Eugenium sic dicens. Dignus est ad medium venire factus dulcis memorie martini nostri. Dic enim cardinalis presbyter functus aliquo legato in dacia tam pauper remeavit ut pene expensis et equis deficientibus veniret florentiam. Ibi episcopus loci donauit ei equum quem pallas usque ubi nos eramus profectus est. Postmodum credo secutus est episcopus. Erat enim ei ibi causa cum aduersario. et agendi aderat dies. Lepit itaque requirere suffragia amicorum. Cumque per singulos sollicitaret. ventum est ad martinum. et fiducia multo maior erat in illo quam quod non posset in memoriam esse recipientis beneficium. Tu martinus deceptus me inquit. Nesciebam etiam tibi imminere negotium. Tolle autem equum tuum. ecce in stabulo est. Et hora eadem resignauit. Quid ei dices mi eugeni. Nonne alterius seculi res est. reddisse legatum de terra auri sine auro transisse. Per terram argentum et argentum nescisse. Donum in super quod poterat esse suspectum ilico reiecit. Refert ibidem beatus Bernardus. Re loquor quas vidi. Erat cum episcopo carnouensium in partibus aquitanie ubi idem presul legatus propriis sumptibus strenue administrauit. Et ecce quidam presbytero presentat. Iste illic piscis quem vulgi vocant sturgeonem. punctatus legatus quatenus venierit. non accipio inquit nisi receperis prescium. et resignauit solidos quatuor inuito et verecundo. Ite cum esset in quodam opido domina illi opidi obtulit ei per deuotionem cum manu tergio tres vel duas parapsides pulcras ligneas tamen. quas aliquandiu intus habens scrupulo conscientie laudauit eas. sed non adqueuit accipere. Dum argenteas accepisset que ligneas refutauit. Quod si talium daret copia virorum.

Nigromancia. OXL

Legit in scala celi quod fuit apud theolatum quoddam magistrum nigromantem ad quem accedens quoddam scutifer pauper propter diuitias se eius seruitio macipauit. Cum autem die quadam vna cum magistro domino suo ad nemus cum aue venatica venissent visum fuit illi scutifero quod ad ripam cuiusdam fluminis venissent ultra quod erat castrum mirabilis structure. Cumque requisisset magistrum cur esset illud castrum. respondit. domini mei est et cum eo pernoctabimus. para te ad faciendum homagium sibi. Cumque inceperent ambo transire flumen speculator clamauit quod essent que flumen transiret. respondit magister. Ego amicus sum domini regis. Tunc apertus pons tornatilis. inclinatus ei. et cum iuuenes cum totius occurrerent et etiam milites infiniti.

Cumque introducti fuissent palatium. et recesserunt de aureo solio intra se posuit magistrus et quisuit causam sui aduentus. Et magister. Iam veni ut dices socium meum presentem. et ab eo recipias homagium. Cumque per homagium fuisset requisitus ut abnegaret patrem et filium et spiritum sanctum iuuenis stupens et dextram manum eleuans signauit se et ait. Ego reddo me patri et filio et spiritum sancto. Tunc subito illa tota curia cum rege et magistro in abyssum descendit solo iuuenere perterritio remanente.

Oratio OXLI

Legit in vita sancte elizabeth quod venit aliquando ad beatam elizabeth matrona quidam nobilis visitandi gratia et cum ea adolescens quidam bertoldus nomine seculariter induit. quem sancti presbyteri Elizabeth ad se vocas dixit illi. Uideris nimis in discretum te habere et nimis dissolute viuere. Respondit iuuenis. O domina mea supplico vobis ut oratis pro me ut dominus deus mihi gratiam suadendi ei. Et illa. velles ne ait ut ego orare pro te. Et ille. velles utique. Et illa. Inquit ut te abilitas ad gratiam dei similiter orando et ego pro te libenter sume orabo. Horumque uoluntas genibus in loco comperenti monasterii in verde cepit orare. pro iuuenis. ipseque iuuenis a longe ordinem instabat. Et cum utique aliquandiu orassent. cepit iuuenis alta voce clamare dicens. O domina cessate ab oratione. Et illa seruenter instabat. Postmodum alius vociferare cepit dicens. O domina cessate quod iam deficio. Nihil enim namque calore iuuenis suadabat totoque corpore fumabat et brachia totumque corpus huc illucque tamquam demens iactabat. Tunc domina ipsius iuuenis et due beate elizabeth ancille accurrerunt tenuerunt eum. et inuenerunt eum totum incaluisse. vestesque per nimium sudore perfusas. Sepert autem iteras clamorem tandem dixit. In nomine domini oro ut cessetis ab oratione. quod iam igne consumor. et que tenebant ipsum vires calorem manibus poterant tolerare. Horum autem ut cessauit oratio refrigeratus est. Et iuuenis ille ad ordinem fratrum minorum se transtulit sic attractus. Contigit huiusmodi et alijs pro quibus ipsa dominum exorabat.

OXLII

Fuit quidam monachus cisterciensis ordinis bene religiosus finem datam sibi gratiam in beate Marie fuitio valde deuotus. Huic ut in calore religiosi propositi eo vitium quo humiliter de sudaret suscitauit spiritus emulorum unum de palaribus suis. qui in omnibus qui ageret calumnia ei statueret. probris et factis eum insectaret. nec in huiusmodi manus domini super eum extensa. sed adhuc in flagellis duobus uno corpore altero spirituali. Duo